1343

Sit omnibus notum quod ego Petrus de Ollis heres et propinquus mansi de Ollis parochie sancti Andree
de Tona nunc existens in quarto valentie ac procurator dominarum Alamande matris mee et Elicsen-
dis uxoris mee et Elicsendis beatricis bonete et Sibilie sororum meorum gentis et exacta scientia
confiteor vobis Petro de Segeles predicte parochie de Tona quod solvitis mihi ad meam voluntatem
omnes illos centum triginta solidos pro quorum precio vobis et quibus volueritis vendidi in perpetuum
quoddam ortum et quoddam molendinum quod est infra dictum ortum in dicta parochia de
Tona iuxta mansum vocatum de Ollis prout in instrumento dicte venditionis liquide videtur
unde renunciando exceptioni dicte pecunie non numerate non habite non recepte et doli
facio vobis et bonis vestris de predictis CXXX solidos bonum et perpetuum pactum et apocham de ultimo
non petendo prout melius dici potest et intelligi ad comodum vestrum et
quorum volueritis bonum intellectum. Actum est hoc quarto idus Januarii Anno domini M°CCC°
quadragesimo tercio. Signum Petri de Ollis predicti qui hec concedo firmo et laudo
testes huius rei sunt Arnaldus Vendrelli Bonanatus de Puteo et Bernardus de Vallobe

Signum Raymundi Sabbadia regentis ecclesiam et sabbaniam sancti Andree de Tona presbiteri Sabbadia rectore
et notario publico eiusdem qui hoc instrumentum rogatum in dicta sabbania scribi fecit et autoritate episcopi
pali clausit XVI. Kal. Junii Anno domini M°CCCXL quarto. cum supra posito in prima linea ubi dicitur notum et in XX linea
ubi dicitur finem

1343